

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones  
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Vtrum sit Deus causa peccati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

### QVAES. III. DE CAUSA PECCATI. ART. I.

per quidem minuetur habilitas contrario apposito crescente; numquam tamen totaliter tolletur per permanenter subiecti, in quo radicatur talis habilitas sicut quantumcumque calidum cresceret non tolleret aptitudinem materia prime, quod est incorruptibilis ad formam aquae. Manifestum est autem quod habilitas naturae rationalis ad gratiam est sicut potest suscepti, & quod talis habilitas naturae rationalem consequitur in quantum huiusmodi. Dicitur est autem supra, quod diminutio huius habilitatis est per appositionem triplex, dum scilicet creatura rationalis auertitur a Deo per conversionem ad contrarium. Unde, cum natura rationalis sit in corruptibili, & non definit esse quantumcumque peccatum multiplicetur, consequens est quod habilitas ab bonum gratiae semper diminuat per appositionem peccati: ita tamen quod numquam totaliter tollatur. & sic in proposito diminutio procedit in infinitum per oppositum ad oppositionem: sicut in continuo eodem modo appositorum sit in infinitum per oppositum ad divisionem, dum quod in linea subtrahitur, alteri apponitur.

*In corp. art.* AD PRIMUM ergo dicendum, quod ratio illa procederet, si bonum naturae diminueretur per subtractionem, sicut iam dictum est.

AD SECUNDUM dicendum, quod conversione & auersione habet statum quo prouenient in actu, quia non est conversione vel auersione actu infinita: non tamen habet statum quantum ad id quod est in potentia, quia tam merita quam demerita possunt in infinitum multiplicari.

*Dicitur.* AD TERTIUM dicendum, quod priuatio quod tollit potentiam, tollit totaliter habilitatem, sicut cecitas quod tollit potentiam visuari, nisi forte in primis remanent habilitas vel aptitudo in radice potentiae, in essentia animae priuatio autem, quod tollit actum non auferit habilitatem. & talis priuatio est priuatio gratiae, sicut & tenebra, quae est priuatio lucis ab aere, peccatum autem non est ipsa priuatio gratiae, sed obstatum quoddam, quo gratia priuatur, ut supra dictum est.

AD QUARTUM dicendum, quod sicut tenebra excludit lucem sibi oppositam, non autem aptitudinem ad lucem, quae est in aere: similiiter per peccatum excluditur gratia, non autem aptitudo ad gratiam.

AD QUINTUM dicendum, quod pronaes ad malum quod dicitur fomes, non consequitur naturam, sicut habilitas ad bonum, sed consequitur corruptionem naturae, quod est ex culpa, & ideo fomes totaliter per gratiam tolli potest: non autem bonum naturae per culam.

AD SEXTUM dicendum, quod impossibilitas ad gratiam quod est in dianatis, non est ex totali subtractione habilitatis naturalis ad bonum: sed ex obstinatione voluntatis in malo, & ex immobilitate divina sententiae, ne eis in perpetuum gratia apponatur.

AD SEPTIMVM dicendum, quod defectus naturalis aptitudinis non sic intelligit, quod tota naturalis aptitudo deficiat, sed quia deficit a sua perfectione. & similiiter dicendum ad octauum quod peccatum non totaliter ponit extra statum naturae: sed extra eius perfectionem.

AD NONVM dicendum, quod priuatio non solum priuat quod est: sed etiam id quod natum est est. potest enim aliquis priuari aliquo quod numerum habuit, dummodo natus fuisset habere. & tamen hoc non est verum, quod angelii in principio suae creationis gratiam non habuerunt. Similiter enim Deus in eis condidit naturam, & largitus est gratiam, ut Aug. dicit 12. de civitate Dei.

*Lib. 12. c. 9.4  
medio. to. 5.* AD X. dicendum, quod ratio illa procederet, si diminutio illa fieret per subtractionem partis.

*F* aliam in quaod QVAE STIO. *De causa peccati.*  
In quindecim articulos diuisa.  
¶ Primo. Ehim queritur, utrum Deus sit causa peccati. *De causa peccati.*  
¶ Secundo. Utrum actio peccati sit a Deo.  
¶ Tertio. Utrum diabolus sit causa peccati.  
¶ Quartio. Utrum diabolus possit inducere homines ad peccandum interius persuadendo.  
¶ Quinto. Utrum omne peccatum veniat ex suggestione diaboli.  
¶ Sexto. Utrum ignorantia possit esse causa peccati.  
¶ Septimo. Utrum ignorantia sit peccatum.  
¶ Octavo. Utrum ignorantia excusat, vel diminuat peccatum.  
¶ Nonno. Utrum sciens ex infirmitate peccet.  
¶ Decimo. Utrum peccatum ex infirmitate facti imputetur homini ad culpam mortalem.  
¶ Undecimo. Utrum infirmitas alleuet vel aggrediet peccatum.  
¶ Duodecimo. Utrum aliquis possit ex malitia, certa scientia peccare.  
¶ Tertiodecimo. Utrum grauius peccat qui ex infirmitate peccat quam qui ex malitia.  
¶ Quartodecimo. Utrum omne peccatum ex infirmitate peccatum in spiritum sanctum.  
¶ Quintodecimo. Utrum peccatum in spiritum sanctum possit remitti.

*H* ARTICVLVS PRIMVS.  
**Q** UAESTIO est de causa peccati. Ex primo queratur utrum Deus sit causa peccati videtur quod sic. Dicitur. In Apostol. ad Romanos 1. Tradidit eos Deus in reprobum, facient quae non conuenient, vbi dicit glo. Asumpta ex lib. de Gratia, & lib. arb. Manifestum est Deum operari in cordibus hominum, inclinando voluntates eorum in quodcumque voluerit, sive in bonum, sive in malum: sed inclinatio voluntatis in malum est peccatum. ergo Deus est causa peccati. Sed diceretur quod inclinatio voluntatis ad malum dicitur esse a Deo in quantum est peccatum, unde ibidem de Dei iudicio loquitur.

¶ 2. Sed contra. Non potest esse id secundum ipsam peccata, & culpa, ut supra dictum est, quia peccatum secundum suam rationem repugnat voluntati, culpa autem secundum suam rationem est voluntaria: sed inclinatio voluntatis pertinet ad rationem voluntarii. Si ergo Deus inclinat voluntatem in malum, videtur quod & ipse sit causa culpa, in quantum est culpa.

¶ 3. Praet. Sicut culpa opponitur bono gratiae, ita non opponitur bono naturae: sed non impedit quod Deus sit causa peccata per hoc quod est causa naturae. ergo neque impedit esse causa culpa per hoc quod est causa gratiae.

¶ 4. Praet. Quicquid est causa causa est causa causit: sed liberum arbitrii est causa peccati, cuius causa est Deus. ergo Deus est causa peccati.

¶ 5. Praet. Illud ad quod inclinat virtus data a Deo, & via est causatum a Deo: sed virtutes quadam, dicitur, inclinant ad peccatum, sicut irascibilis ad homicidium & concupisibilis ad adulterium. ergo illud est causa peccati.

¶ 6. Praet. Quicquid, inclinat voluntatem suam vel arius, ad malum, est causa peccati, pura si homo faceret elemosynam in clinat voluntatem suam, ut intentio inanem gloriam: sed Deus inclinat voluntatem hominis.

missis in malo, utia dictum est, ergo est causa peccati.

**¶7** Prat. Diony. dicit 4. cap. de Diui. no. quod apud

Deum causae malorum sunt, sed non sunt in Deo

otiosa, ergo Deus est causa malorum, inter quæ

computantur peccata.

**¶8** Prat. Aug. dicit in lib. de Natura & Gratia, quod

gratia in aia est scriptum per quam homo bonum

operatur, & sine quo bonum operari non potest. Sic

ergo gratia est causa meriti, ergo per oppositum,

sub tradicio gratia est causa peccati, sed Deus est q. sub-

trahit gratiam, ergo Deus est causa peccati.

**¶9** Prat. Aug. dicit 2. Cofess. Gratia tua deputo, que

cumque mala non feci. Non esset autem imputandum

gratia, q. hō mala non faceret, si carens gratia pos-

set nō peccare, nō ergo peccatum est cā q. alios pri-

uetur gratia, sed magis priuato gratia est causa peccati,

& sic sequitur vt prius, q. Deus sit cā peccandi.

**¶10** Prat. Omnis laus creature, precipue Deo debet

attribui; sed in laude viri, iusti dicitur Ecclesiastici

3. q. potuit transgredi & non est transgressus, ergo

multo magis hoc cōpetit Deo. potest ergo Deus

peccare, & per consequens esse causa peccati.

**¶11** Prat. Philosoph. dicit in 4. Topic. Potest Deus,

& studiosus prava facere, hoc est autem peccare, et

ergo Deus potest peccare.

**¶12** Prat. Bene sequitur, Sortes pōt. currere si vult,

ergo simpliciter pōt currere, sed hēc est vera.

Deus potest peccare si vult, quia hoc ipsum quod est ve-

lle peccare, est peccare, ergo Deus potest peccare

simpliciter, & sic idem quod prius.

**¶13** Prat. Qui occasionem damni dat, damnum de-

diffe videtur; sed Deus dedit occasionem peccandi

homini per praeceptum quod dedit, ut dicitur R. o.

7. ergo Deus est causa peccati.

**¶14** Prat. Cū malū causetur a bono, uidetur q. malū

maximiū caufatur a maxime bono, sed maximū ma-

lū est culpa, quæ facit bonū hominē uel angelū, ma-

lū ergo caufatur a maximo bono, quod est Deus.

**¶15** Prat. Eiusdē dare dominū & auferre: sed Dei

est dare dominū animq. sup. corpus, ergo & eius

est auferre: sed solummodo per peccatum auferit, q. spi-

ritu nō subiicitur caro, ergo Deus est cā peccati.

**¶16** Prat. Quod est causa aliquiū naturæ, est causa

motus proprii & naturalis ipsius: sed Deus est causa

naturæ voluntatis, proprii autem, & naturalis mo-

tus voluntatis est auctor, sicut proprius motus, &

naturalis lapidis est descendere, ut Aug. dicit in lib.

de Libe. arbi. ergo Deus est causa auctoris, & sic

cum in auctorione ratio culpæ consistat, uidetur q.

Deus sit causa culpe.

**¶17** Prat. Qui præcipit peccatum, est causa peccati;

sed Deus inuenitur præcepisse peccatum, ut dicitur

3. Reg. ult. cum spiritus mendaci dixisset, Egregiar,

& ero spiritus mendax in ore Prophetarū, Dominus

dixit, Egregere, & fac, & Oseā. dicitur quod E

Dominus præcepit Oseā, ut sumeret mulierē for-

niciariam, & faceret ex ea filios fornicationum. er-

go Deus est causa peccati.

**¶18** Prater. Eiusdem est agere & posse, quia ut dicit

Philosoph. cuius est potēria, eius est actio: sed Deus

est causa eius, quod est posse peccare. ergo est cau-

sa eius, quod est peccare.

**SED CONTRA** est, quod dicit Augustin. in libro

83. Quæstionum, quod Deo auctore non sit homo

deterior: sed peccato sit homo deterior. ergo De-

non est auctor peccati.

**¶19** Prat. Fulgentius dicit, quod Deus non est auctor

A illius rei, cuius est auctor: sed Deus est auctor peccati, ergo non est auctor peccati.

**¶20** Prat. Deus non est causa nisi eius, quod diligit: quia hoc dicitur Sapien. 11. Diligis omnia quæ sunt, & nihil odili eorum quæ fecisti. Odit autem peccatum, fin illud Sapien. 14. pariter odio sunt Deo impius & impieas eius, ergo Deus non est auctor peccati.

**RESPON.** Dicendum, q. causa peccati est aliquis duplicitate, uno modo, quia ipse peccat: alio modo,

quia facit alterum peccare, quorum neutrum Deo conuenire potest. Quid enim Deus peccare non possit, manifestum est, & ex communi ratione peccati, & ex propria ratione moralis peccati, quod dicitur

culpa, peccatum enim communiter dictum secundum

quod in rebus naturalibus & artificialibus invenitur, ex eo prouenit q. aliquis in agendo non attingit ad finem propter quem agit, quod contingit

ex defectu alicui principi, sicut si Grammaticus non

recte scribat, contingit ex defectu artis, si tamen re-

& scribere intendit: & q. natura peccet in forma-

zione animalis, sicut contingit in partibus monstruo-

sis, contingit ex defectu actionis virtutis in semine, pec-

catum vero secundum q. proprie in moralibus dicitur,

habet rationem culpe, & prouenit ex eo q. voluntas

deficit a debito fine, per hoc q. in finem indebitum

tendit. In Deo autem neq. alicui principi

potest esse deficiens, eo q. eius potentia est infinita:

necepsit voluntas potest deficere a debito fine, quia

ipsa eius voluntas, quæ est etiam eius natura est bo-

nitas summa, quæ est ultimus finis, & prima regula

omnium voluntatium, unde naturaliter eius volun-

tas inhaeret summo bono, nec potest ab eo defi-

re, sicut nec alicuius rei appetitus naturalis deficere

potest, quia appetit suum bonum naturale. Sic ergo

Deus causa peccati esse non potest, eo q. ipse

peccet. Similiter etiam non potest esse causa pecca-

ti, eo q. alios faciat peccare, peccatum enim prout

nunc de peccato loquimur, consilit in auctorione

voluntatis creatæ ab ultimo fine. Impossibile est aut

q. Deus faciat voluntatem alicuius ab ultimo fine

aucti, cum ipsem sit ultimus finis. Quod enim co-

muniter inuenitur in omnibus agentibus creatis,

oportet q. hoc habeat ex imitatione primi agentis,

quod dat omnibus suam similitudinem secundum,

q. capere possunt, prout Diony. dicit in 9. c. de diu-

nomi. Vnumquodque autem agens creatum inue-

nitur per suam actionem, alia quodammodo ad se-

ipsum attrahere, assimilando ea sibi: vel per simili-

dinem formæ, sicut cum calidum calefacit: vel con-

uerendo alia ad finem suum, sicut homo per pra-

ceptum alios mouet ad finem quem intedit. Est ergo

hoc Deo conueniens q. omnia ad seipsum con-

uerat, & per consequens q. nihil auertat a seipso.

Ipsæ autem est summum bonum. Vnde nō potest esse

causa auctoris voluntatis a summo bono, in quo

ratio culpæ consistit, prout nunc loquimur de cul-

pa. Impossibile est ergo q. Deus sit causa peccati.

**AN PRIMUM** ergo dicendum, q. Deus dicitur tradere

alios in reprobum sensum, vel inclinare voluntates

in malum, non quidem agendo vel mouendo,

sed potius deserendo vel non impediendo: sicut si

aliquis non daret manū cadentem, diceretur esse cau-

sa casus illius. Hoc autem Deus ex iusto iudicio fa-

cit, q. aliquibus auxiliis non praefiat ne cadant. &

per hoc etiam patet solutio ad **SECUNDUM**.

**AD TERTIUM** dicendum, q. pena opponitur cuiusdam

particulari bono. Non est autem contra rationem sum-

mi

QV AES. III. DE CAUSA PECCATI. ARTANO.

mi boni auferre aliquod particulae bonum; cum particulae bonum auferatur per appositionem alterius boni, quod interdum est melius: sicut forma aquæ auferitur per appositionem formæ ignis. & similiter bonum naturee particularis auferitur per peccatum, per appositionem melioris boni, per hoc, scilicet quod Deus ordinem iustitiae rebus statuit: sed malum culpæ est per auferendum a summo bono, a quo summum bonum auertere non potest, unde Deus potest esse causa peccata, sed non causa culpe.

AD QUARTVM dicendum, quod effectus causati iniquitatis est causatum, reducitur in carnem. Si autem aliquid procedat a causato, non secundum quod est causatum, hoc non oportet in carnem reduci. Sicut motus tibiae causatur a virtute motiva animalis, quæ tibiam mouet: sed obliquitas ambulationis non prouenit a tibia fuisse. Et mota a virtute motiva: sed fuisse quod deficit a sufficiendo influxum motiva virtutis per suum defecatum: & ideo claudicatio non causatura virtute motiva. Sic ergo peccatum causatur a libero arbitrio secundum quod deficit a Deo, unde non oportet quod Deus sit causa peccati, licet sit causa liberi arbitrii.

AD QUINTVM dicendum, quod peccata non proueniunt ex inclinatione irascibilis, aut eocupiscibilis: secundum quod sunt a Deo instituta, sed secundum quod deficiunt ab ordine institutionis ipsius: sic non sunt institutiones in hoce, quod ratione subiecta, utne quod præter ordinem rationis ad peccatum inclinant: hoc non est a Deo.

AD SEXTVM dicendum, quod illa non procedit, quia Deus non inclinat voluntatem ad malum agendo, vel iniungendo: sed gratiam non apponendo, ut dictum est.

AD SEPTIMVM dicendum, quod causa malorum sunt particularia bona, quod deficiunt per se: huiusmodi autem particularia bona sunt apud Deum, sicut effectus apud carnem inquantum sunt bona: & pro tanto dicuntur causæ malorum apud Deum esse: non quia ipse sit causa malorum.

AD OCTAVVM dicendum, quod Deus quantum est in se, omnibus se comunicat, pro capitu corum: unde quod pres aliquip a participatione bonitatis ipsius deficiat, est ex hoc quod in ipsa invenitur aliquid impedimentum participationis diuinæ. Sic ergo quod gratia alicui non apponatur, non est a Deo, sed ex hoc quod ipse cui gratia apponitur impedimentum gratiae praefat, inquantum auertitur a non auertente se iunione, ut Dionysius dicit.

AD NONVM dicendum, quod aliter loquendum est de hoce fato statum naturæ conditæ, & aliter secundum statum naturæ corruptæ: quia secundum statum naturæ conditæ homo nihil habet impellens ad malum, licet bonum naturæ non sufficeret ad gloriam cœlestionem, & id indigebat auxilio gratiae ad merendum, non autem indigebat ad peccata vitandum, quod per hoc quod naturaliter accepatur, poterat stare. sed in statu naturæ corruptæ habet impellens ad malum, & ideo indiget auxilio gratiae ne cadat. & secundum hunc statum Augustinus gratia deputat quæcumque mala non fecit: sed hic status exprecedenti culpa prouenit.

AD X. dicendum, quod aliqd potest esse laudabilem inferiorem, quod ad laudem superioris non pertinet: sicut esse furbundum, est laudabile in cane, non aut in hoce, ut Dionysius dicit. & similiter non transgredi cum possit prius ad laudem hominis: sed deficit a laude diuina.

AD XI. dicendum, quod verbum illud Philosophi intelligitur non de eo, qui est Deus per naturam: sed de his qui dicuntur dii, vel secundum opinionem, ut dicitur gentium, vel per participationem, ut homines supra humanum modum virtuosi, quibus attribuit heroinam seu diuinam virtutem in Ethico. Vnde potest dicendum quod Deus non est actor peccati, sed causa actionis peccati.

L. 7. in principio tom. 3.

ei secundum quosdam, quod Deus dicitur posse prava facere, quia potest si uult. Ad XI. 1. dicendum, quod istud conditionalis. Secundum potest currere si uult, antecedens est possibilis, & ideo sequitur possibilitas consequens: sed in hoc conditionali, Deus potest peccare si uult, antecedens est impossibile: non enim potest Deus posse malum, & ideo non est simile.

Ad XII. dicendum, quod duplex est occasio, ita accepta præceptum aure est est occasio peccandi quidem data a præcipiente: sed accepta ab eo comprecepitur datur: unde & Apostolus significanter dicit. Occasio accepta peccatum per malum datum, &c. Ad XIII. dicendum, quod duplex est occasio peccandi: si ex quo per exemplum alii prouocant ad peccandum. Si autem aliquis faciat rectum opus, & ainde prouocetur ad peccandum, non erit occasio trasfusa accepta: sicut cum Pharisæi scandalizabant doctrinam Christi. Mandatum autem erat sanctum, & nullum dicitur ad Roma. 7. Vnde Deus præcipiens occidit occasionem peccandi: sed homo accepta.

Ad XIV. dicendum, quod si bonum inquantum bonum est causa malorum, sequetur quod maximum bonum est causa maximi malorum: sed bonum est causa malorum quantum est deficiens. Vnde quanto est magisimum, tanto minus est causa malorum.

Ad XV. dicendum, quod auferre spiritu dominum factum est contra naturalem iustitiam ordinis & hoc Deo conuenire non potest, qui est ipsa iustitia.

Ad XVI. dicendum, quod motus auertere voluntariis de tur propriis, & naturalis voluntatis secundum statum naturæ corruptæ non autem secundum statum naturæ conditæ.

Ad XVII. dicendum, quod id quod dicitur, Egredere & fac non est intelligendum per modum præcepti, sed per modum præmissionis, sicut & quod dicitur Quod facis fac citius, eo modo loquendi quo permisio Dei dicitur eius uoluntas. Quod uero dicitur Oseeam, Accipe tibi mulierem forniciariam, & intelligitur secundum modum præcepti, sed præceptum diuinum facit: ut non sit peccatum, quod aliter est peccatum, potest enim Deus, ut Bernardus dicit, dispensare in præceptis secunda tabula, quod homo immediate ordinatur ad proximum: bonum enim proximum est quoddam bonum particulariter. Non autem potest dispensare in præceptis prima tabula, per quæ homo ordinatur ad Deum, quod seipso alios non potest auertere. Non enim potest negare seipsum, ut dicitur ad Thessalonicianos, dicant quod ea quæ dicuntur de Olea, sunt inencia genda contigisse in visione prophetæ.

Ad XVIII. dicendum, quod ex uero illo Philo intelligitur quod idem est quod potest accedit, K agit, non autem quod quicquid sit causa potest sit etiam causa actus.

ARTICVLVS II.

*Vixit actio peccati sit a Deo.*

S & uidetur quod non homo enim non dicitur esse causa peccati, nisi quod est causa actionis peccati, nimirum ad malum intendens operatur, ut Dionysius dicit, dicitur nom. Sed Deus non est actor peccati, sed dictum est, ergo non est causa actionis peccati. ¶ 3 Præ. Quiquid est causa aliquid, est causa ei secundum rationem suarum specierum, sicut aliquid est causa mortis, sequitur quod sit causa mortis secundum rationem sui ex sua specie habet.